

Ecclesiastice Historie libros, quamvis in primo narrationis sue libro tepuerit^{x)} et post in laudibus et excusatione Origenis unum librum scismatis^{y)} conscripserit, propter rerum tamen singularem^{z)} noticiam, que ad instructionem pertinet, usque quaque non dicimus renuendos. Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia^{aa)} valde nobis necessariam contra paganorum calumpniam historiam ordinavit. Sedulii⁸³⁾ Paschale opus insigni^{bb)} laude preferimus. Iuvenci⁸⁴⁾ quoque laboriosum opus^{bb)} non spernimus, sed miramur.

c. 14^{cc)}. De libris apocriphis

Cetera vero, que ab hereticis vel scismaticis^{ad)} conscripta sunt, nullatenus recipit Catholica et Apostolica Romana Ecclesia, e quibus quedam, que ad memoriam venerunt et a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda: Ariminensem Synodum a Constantino Cesare⁸⁵⁾, Constantini filio, congregatam extunc et usque in eternum confitemur esse dampnatam; Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis⁸⁶⁾, apocriphum est in^{ee)} libris octo^{ee)}; Ewangelia^{ff)} similiter nomine Petri, Iacobi, Bartholomei^{gg)}, Thome^{hh)}, Mathie, Barnabe^{hh.87)}; Ewangelia quoque, que falsaverunt Lucianus etⁱⁱ⁾ Ysicius; item Actus^{kk)} nomine Petri^{kk)}, Andree, Philippi, Thome, Liber de infantia Salvatoris, et de Maria vel^{ll)} obstetrice, liber, qui dicitur Pastoris, liber, qui dicitur Fundamentum, libri^{mm)} omnes Leucii discipuli dyaboli, liber, qui appellatur Thesaurus, Liber de filiabus Ade vel Genesis, Actus Thecleⁿⁿ⁾ etⁿⁿ⁾

^{x)} cespuerit D_1 ^{y)} scismaticis $H_1 N_1$ ^{z)} singularum $H_3 H_4 H_5$
^{aa)} et tamen H_2 ^{bb-bb)} fehlt H ^{cc)} 15 D ; 12 R ^{ad)} scismatis N_2
^{ee-ee)} fehlt DR ^{ff)} Ewangelica N_1 ; Ewangelii D_1 ^{gg)} Bartholomei N_3 ^{hh-hh)} et Thome, Barnabe R ⁱⁱ⁾ fehlt D ^{kk-kk)} nomine Petri Actus D ^{ll)} non D ^{mm)} liber N_2 ⁿⁿ⁻ⁿⁿ⁾ Thede vel H_3 ; Bede vel H_4

⁸³⁾ Carmen Paschale aus dem 5. Jh.

⁸⁴⁾ Schrieb um 330 eine Evangelienharmonie.

⁸⁵⁾ Auf der Synode von Rimini 359 erzwang Kaiser Konstantius II. mit Gewalt die Anerkennung arianischer Lehren.

⁸⁶⁾ Es handelt sich um die unter dem Namen des Clemens von Rom gehenden Pseudo-Klementinen, hier um die Recognitiones nach Rufin, ed. Bernhard Rehm und Franz Paschke, Die griechischen christlichen Schriftsteller 51 (1965). Sie sind auch als Homiliensammlung erhalten, ed. Rehm, ebd. 42 (1953).

⁸⁷⁾ Zu den im folgenden aufgezählten apokryphen Evangelien, Apostelgeschichten, Apokalypsen u. a. vermeintlich biblischen Büchern sowie umstrittener patristischer Literatur vgl. im einzelnen fortlaufend jeweils Doberschütz S. 290—323, dazu auch die entsprechenden Nachweise von Michl im Lexikon f. Theol. u. Kirche ²¹ Sp. 700f. und 747ff. sowie ²³ Sp. 1221ff.